



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri Angelii Bargaei Commentarius de Obelisco**

**Angèli, Pietro**

**Romae, 1586**

Alumnorum Collegii Anglicani Ro.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13181**

ALVMNORVM COLLEGII  
ANGLICANI RO.

GVLIELMI MAGNANI

Epigramma.

**P**urima iam viuunt, solum quia car-  
mina viuunt,  
Quæ modò non aliter, quam modò fa-  
cta vigent.  
Si semel auferres doctorum scripta virorum,  
Temporis elapsi mentio nulla foret.  
Scripta ferunt annos, si tollas scripta, peribunt  
Qui sacra regali sceptræ tulere manus.  
Carmine sublato, quia carmine plurima viuunt,  
Pauca suum retinent iniolata decus.  
Hoc mihi pono tamen, quod quis uerū esse negabit?  
Roma opus eximum, conspicuumq; manet:  
Cuius in excelso crux alma cacumine fulget.  
Hac erit à rapido fulmine tutus apex.

IOANNIS PITTI.

**T**rabs Pharia Urbis honor, sed crux honor Ur-  
bis & Orbis.

Dignatamen fieri trabs Pharia Orbis honos:  
Hac duo sunt unum per te (Pater optime) facta  
Trabs Pharia et pia Crux, Urbis et orbis honor.

F 2

O B E-

OBELISCI VATICANI PROSOPOPOEIA.  
RODVLPHI BOVKLONDI.

Antiquis titulo laudiq; Quiritibus olim  
 Præmia virtutis persoluisse fuit.  
 Ipse sibi merces satis ampla, at crescit honore  
 Hunc stimulum virtus, hoc sibi calcar habet:  
 Hinc palma, hic quercus, hic laurus, oliua, triuphis  
 Hinc tot magnorum clara trophya ducum;  
 Hinc ego quem statuit sublimem vana vetustas  
 Optans perpetuum Cæsar is esse decus.  
 Plaudite Romulida quod vestra in saecula superstes  
 Immanis moles sede mea steterim:  
 Imo quod ipsius vice vestra insigne salutis  
 Aurea Crux nitidum spargat ubiq; iubar;  
 Quod locus obscurus celebri, quod Cæsar Iesu,  
 Victaq; concedat gloria prisca noue.

F I N I S.



CAR-